

2.

Strassburger Beiträge zur Geschichte des Marburger Religionsgesprächs.

Von

A. Erichson,

Director des theol. Studien-Stiftes St. Wilhelm in Strassburg.

II. 1)

Drei Briefe Bucer's (October 1529 bis März 1530).

Dem Berichte Hedio's über das Marburger Religionsgespräch schliessen wir drei Briefe Bucer's, welche denselben Gegenstand betreffen, an. Was dieser Theologe in der Vorrede zu seinem Evangeliencommentar²⁾ über die Zusammenkunft in Marburg geschrieben hat, ist hinlänglich bekannt und oft benutzt; dagegen sind seine brieflichen Aeusserungen hierüber mit Ausnahme der wichtigsten Stellen aus dem ersten der nachfolgenden Briefe, welche Baum³⁾ in deutscher Uebersetzung mitgeteilt hat, bis jetzt nicht in die Oeffentlichkeit gedrungen; und doch sind sie keine unwichtigen Beiträge zur Geschichte des Marburger Gesprächs. Namentlich erhellt aus ihnen, dass die Strassburger dem Benehmen Melanchthon's die Hauptschuld am Mislingen der Verhandlungen zuschrieben. Haben sie sich hierin getäuscht? Es ist ja bekannt, dass Melanchthon, obgleich er für die Eintracht der evangelischen Kirche den glühendsten Eifer an den Tag legte, einer Aussöhnung und Vereinigung mit den Schweizern sehr abgeneigt war, weil er befürchtete hierdurch die Aussöhnung mit dem Kaiser und mit dem Papst, die er immer noch hoffte, zu erschweren⁴⁾.

1) Vgl. oben S. 414 ff.

2) Vgl. Baum, Capito und Butzer, S. 594 f. N. 20.

3) S. 462 f. Die Uebersetzung sehr frei, oft mehr eine Umschreibung. Auch Keim (Schwäb. Reformationsgeschichte, S. 123—126) hat diesen ersten Brief Bucer's, vom 18. October 1529, (nach der Abschrift in der Simler'schen Sammlung) benutzt.

4) Vgl. über Melanchthon's Verhalten auch die Bemerkungen von Ritschl, Die christliche Lehre von der Rechtfertigung und Versöhnung I, 160 f.

Die folgenden Briefe Bucer's befinden sich im Original in dem reichhaltigen archivalischen Schatz des St. Thomasstiftes zu Strassburg (Briefe Bucer's Bd. I) und abschriftlich in Baum's Thesaurus ¹⁾.

Nr. 1.

Bucerus Ambrosio Blaurero. De colloquio Marpurgico.

Anno 1529. Die 18. octobris ²⁾.

Salve in Domino. *Capito* modo ex sudore laborat illo Anglico, sed superato periculo. XIII. Octobris *Zwinglius Oecol. Hedio* et ego huc ex Hassis redimus. Pius ille *Princeps* nihil omisit quo in concordiam redigeret nos, quorum erat alios concordare reddere. Sed visum Domino est, ut, nescio quo spiritu acti, *Lutherus* cum suis concordiam aliam nobiscum, quam cum Turcis habent et judaeis, inire noluerit: pertinacissime frigidam suffundente prae omnibus aliis *Philippo* ³⁾. Dum itaque frustra essent omnia tentata, extorsit tandem pius *Princeps*, ut conscriberent articulatim doctrinae Christianae summam, expertari, an in eam essemus consensuri. Id factum est, et a nostris consensum, pauculis adiectis, quibus planius fieret, omnem fructum Doctrinae sanctae et sacramentorum donum esse spiritus divini, non nostrum, aut verborum vel signorum. Hoc pacto voluit confutare pius *Princeps* eos, qui calumniantur nos per omnia falsa docere. Quod et ipse *Lutherus* sibi promisit scriptis testari. Dominus

¹⁾ Es wird nicht überflüssig sein, wenn wir hier auf diese unschätzbare Fundgrube aufmerksam machen, welche, indem sie durch Vermächtnis in den Besitz der hiesigen Landes- und Universitätsbibliothek gekommen ist, allen Geschichtsforschern jetzt zur freiesten Benützung offen steht. Die 22 Bände dieser Sammlung enthalten nicht weniger als 3000 chronologisch geordnete Abschriften von Urkunden und Briefen elsässischer Reformatoren oder an dieselben. Zu Hunderten zählt man diejenigen, deren Originalien im Bibliotheksbrand von 1870 vernichtet worden sind.

²⁾ Nach dem Original im Strassburger Thomasarchiv. Die Ueberschrift, sowie eine Randnote: „de Marpurgensi colloquio notanda bene“, von der Hand Conrad Hubert's, des Amanuensis und Freundes Bucer's (Nachrichten über denselben bei Baum, S. 586; Roehrich, Mitteilungen III; [Culmann] Ehrengedächtnis C. Huberts). Die drei Folioblätter, welche einst als Brief zusammengelegt waren, tragen auf der Rückseite die Aufschrift: „Ambrosio Blaurero suo, viro sanctissimo.“

³⁾ Diese für Melanchthon so ungünstige Stelle, sowie die Aeusserungen ähnlicher Art in den folgenden Briefen, hat Hubert im Ms. mit rotem Stift unterstrichen. „Und dieser Melanchthon, sagt Baum, gilt nichts desto weniger allgemein im Gegensatz zu Luther für den sanften, friedlichen, versöhnenden.“

illi condonet. Habes consilium cur publice editum sit, quibus in articulis nos deprehenderimus consentientes, cum tamen de solo Eucharistiae articulo, imo de solo eo, an Christus sit corpore in pane, fuerit disputatum. Ego post finem collationis summam exposui, quid hic doceremus, petens *Lutheri* testimonium, an recte doceremus, quod ille pertinaciter negavit, duritiam ejus parum probante pio Principe et aliis. Porro ne nihil impetraret *Princeps*, impetravit ut pateretur inseri publicae illi confessioni alteram partem erga alteram debere Christianam Charitatem habere, quantum cujusque conscientia tulerit. Hanc conditionem plurimum orabat *Princeps* expungi, putans nullius Christiani conscientiam hinc debere abhorreere. Sed illi perstiterunt in sua sententia. Coram *Principe* mutuo promiserunt partes nihil alteros in alteros scripturos, nisi utrinque visum ¹⁾. Disputationem voluit primo die *Princeps* privatam haberi inter *Lutherum* et *Oecolampadium*, *Zwinglium* et *Philippum*, deinde cum non esset conventum, coram se et suis senatoribus. Spes fuerat *Principi*, si sine arbitris inter se rem excuterent, citius ablegaturum vincendi affectum. In utraque disputatione *Lutherus* hoc argumento nixus est: Deus dixit hoc est Corpus meum, potest omnia, ergo in pane est corpus. Responsum fuit, verba Christi sonare, hoc est corpus, non in hoc. *Lutherum* debere probare hanc suam synecdochen. Nobis panem recte vocari corpus Domini, vere et corpus per panem tradi, sed mentibus fidelium. Non autem ex his verbis Domini sequi, ut corpore sit Dominus in pane, ut quicumque panem edat, sive pius, sive impius, Christum edat. *Lutherus* contra jactabat verba plana esse. Respondebatur, non autem affirmare illa, in pane esse corpus, sed panem esse corpus, quod et ipse negaret simpliciter accipiendum, sed fateretur panem aliud, quam corpus Domini, esse et manere. Ille, plana esse verba, usque jactabat. Itum est ad aliud argumentum: Christum fide comesum aeternam vitam dare, non potuisse igitur Christum plus aliquid dare, quum vitae aeternae nihil possit boni adici. Nec esse fas, corporis Christi manducationem

¹⁾ Im Jahre 1530 schrieb Gerbel an Luther: „In causa quam Marpurgi egistis, nostri hactenus miro silentio pacem, ut ego interpretor, testati sunt, tametsi a vobis non eadem fieri nonnulli conquerantur.“ In einem Brief an den Landgrafen vom 11. Juli 1533 (Ms. des Thomasarchivs) klagt Bucer, dass der Marburger Vertrag nicht gehalten werde, und dass, obgleich die Theologen versprochen hatten „ihr so gar grausames Schelten zu underlassen“, Erhart Schnepf „den Zwinglin mit Namen zu Marpurg uff der Cantzel als eyn erschrockenlichen verfuhrer, das Gott mit seiner öffentlichen rach bezeyget, mit filem unchristlichem Schelten ausgeschauen habe.“ Vgl. jetzt auch den Auszug bei Lenz, Briefwechsel Landgraf Philipp's mit Bucer, Bd. I (Leipzig 1880), S. 31f.

frustraneam ponere. Negabat *Lutherus* frustra esse, quod Dominus iussisset, etiam si ipse nullum certum usum posset indicare. Respondebatur, nusquam jussisse Christum, suum corpus corpore edendum. Ingeminabat ille esse verba plana. Ingeminabant nostri, non ad sensum *Lutheri*. Ventum est ergo ad argumentum tertium. Christum verum hominem, eoque juxta Augustini dictum oportere illius corpus in uno loco esse. Hic multae Patrum sententiae adductae sunt, quae hanc veritatem humani corporis in Christo multis testantur. *Lutherus* contra dicebat se plana verba habere, in pane esse corpus Domini, jam agnoscere se, idem in coelis esse. Ea quomodo inter se conveniant, nihil morari. Deo esse omnia possibilia. Non affirmare tamen se, adesse corpus Domini in pane localiter. Pro se quoque adferebat eas sententias Patrum, in quibus nominant panem Domini corpus Domini. Ad has respondebant nostri, sic panem vocare illos Domini corpus, sicut et Eucharistiam sacrificium vocant et fuit adductus Augustinus, De Doctrina christiana et catechizandis rudibus, ubi exponit hasce locutiones. Ibi *Lutherus* quum apertiora loca essent, quam ut commoda glossa ea in suam sententiam trahere posset, confugit ad illud Augustini dictum, quo vetat sua scripta tamquam canonica habere. Sic finem accepit disputatio, et coepit *Princeps* urgere *Lutherum* et suos ut nos fratres agnoscerent, sicut nos agnoscimus illos, sed, ut memoravi, frustra. *Lutherum* autem semel consensisse, sed mox a *Philippo* retractum. *Philippus* bene vult *Caesari* et *Ferdinando*. Utinam vidisses quem candorem, quam simplicitatem, quam veritatem Christianissimi exhibuerint utrique. Ego hic narravi summam rei quam simplicissime et verissime, praeteritis multis inamicis [sic] argutiis partis adversae ne dicam sannis: Sed illi haec, nos nostra mala habemus. Psalterii mei titulum et pleraque alia, quae forsitan miraberis, scito concessa esse fratribus Galliae et inferioris Germaniae: quibus alioqui copia libri non potuisset contingere. Bene vale. Et vide ut tui sic vicinis parare civitatem studeant, ut nos non remoremur; forte et nobis ea haud sine commodo Reipublicae Christianae continget. Mysterium est. Si intelligis, scies quid tibi agendum, sin, sines frustra adscriptum, planius enim scribere non licet. Nihil ex his nisi fidis amicis prodas. Nam cavendum ne iritemus eos cum quibus volumus habere pacem.

Argent. 18. oct. Saluta fratres.

Bucerus.

Nr. 2.

Bucerus Ambrosio Blauro.26. Januarii 1530 ¹⁾.

Salve in domino frater multum observande et longe charissime. Cum nihil oporteat a Christiano aequè alienum esse, atque suo sensui nitentem, suisque affectibus indulgentem, a concordia cum hiis qui Deum quaerunt abhorreere; aliud multo quam tu de illo nostro congressu ²⁾ augurabar. Primum si quidem omnium necesse est eos, qui sectari Christum in animum inducunt, abnegare semetipsos, et ante omnia huc perpetuo eniti ut, sibi plane mortui, fratribus fiant omnia: et quidem insipientibus tanto studiosius, quanto hii majore humanitate et submissionis cura egent. Huc universa vulgi quoque Christiani cura conferri debet: de magistris his (?) et tam eximiis quid quaeso non jure polliceri mihi debui: sed, o diram tentationem: ex primis video novissimos factos ³⁾; quod ferendum utcumque erat, si ipsorum tantum peccato haec calamitas finiretur, sed jam eo res venit, ut nihil omittant illi, quod ad divellendum nos faciat, non solum verbi ministros, sed totas regiones et quidem amplissimas, principes et republicas latissime imperitantes. Nec ad divellendum nos tantum intenti sunt, sed pro virili quoque dant operam ut omnis et in posterum in concordiam redeundi adempta sit facultas. Atque utinam hoc pacto non muniatur ab istis via in gratiam redeundi cum papistis. Id quod palam modo moliri coepit miser ille *Billicanus*. Porro ut veritati suum testimonium prohibeam, affirmo tibi, mi frater, quod tu indubitatum credas, nostri, *Zwinglius* et *Oecolampadius*, nihil quo in concordiam reditus sperari potuit, praeterierunt. Obtulerunt se consensuros ut in communi fateremur et praedicaremus, credentibus in coena Christum vere praesentem haberi, et manducari. Cumque hoc illi rejecissent exigentes ut faterentur etiam ore manducari, haberique praesentem corporaliter, orarunt, quum isthuc agnoscere

1) Randnote von Hubert: „Epistola lectu dignissima“. Aufschrift: „Ambrosio Blauro ecclesiastae Constantiensi vigilantissimo fratri colendo.“ Eine Note: „Recep. 19. Februar per Balthasarem.“

2) sc. Marpurgi.

3) Es sind, dem Zusammenhang nach, die sächsischen Theologen gemeint. Am 12. Januar 1530 schrieb Bucer an Zwingli über Luther: „Tu vide, quid homo miser moliat, et da eo diligentior operam, ut facio, quo adimatur plenius illi monstro pectus tam pium, princeps Hesus“. Opp. Zwingl. VIII, 393. Ebenso klagte Capito im Juni 1530: „Incevit post Colloquium Marpurgense tyrannis Saxonum“. Ebenda S. 465.

verum non possent, ut nihilominus se fratres agnoscerent. Caetera omnia, quandoquidem alicujus momenti sunt, unanimi spiritu et ore docentes. Et *Zwinglio*, cum de his verba faceret, finito jam colloquio, in quo tamen illum *Lutherus* saepe parum theologicè luserat, sicut et in peroratione inimice taxarat, concordiae desiderium lacrymas extudit, ita ut sermo ejus interciperetur. Quod jam candidi isti in gloriam victoriae suae ubique spargunt. Haec ideo tibi scribo quo tibi nostri minus displiceant, quos tamen nequaquam nego homines esse, multaque et scripsisse et gessisse, in quibus prudentiam Christi forsàn quis desyderet, non abs re: Haec enim circumspectissime cavet, ne quid non aedificet. Sed quis est omnino mortalium, qui hanc perfectam habeat. Expertus quoque ego sum in multis jam certe minime abjiciendis fratribus, dum nonnihil detriti sunt in aliquo dogmate, sic illud adamare, sic putare veritatis esse perspicuae, ut non queant non persaepe dilectionis officia misere praeterire, erga eos qui ab ¹⁾ illis dissentiunt, aut non plane assentiunt. Hoc vero morbo aequè vidi laborare multos, qui mea quidem sententia vera sectabantur, atque qui falsa, et qui falsa aequè, atque qui vera, ut nullum inter eos discrimen possem agnoscere. Perpaucos equidem adhuc reperi, qui satis velint perpendere, non nostrum esse veritatem nobis mutuo persuadere, et solitum semper fuisse patrem coelestem non pariter omnibus sua revelare, quo Christi exemplo quisquam insipientibus et rudibus sese accomodet, tantoque id studiosius, quanto vera et coelesti sapientia fuerit donatus ampliari. Hinc vero fit, dum frater quispiam non ilico nostra probat, ut id in quamlibet potius quam simplicis ignorantiae causam, male amicis suspicionibus rejiciamus. Inde mox sequitur dilectionis obfuscatio, suppullulat simultas, excidunt voces offensi animi indices, hae deinde ab imprudentioribus saepe etiam adulantioribus sparguntur et laeditur hoc pacto non solum in quos illae primum effluerunt, sed multi praeterea, quorum pars offensa, quod tam homines sumus, fastidire incipit Evangelion, pars in factiones divertit: quodque initio levis scintilla erat, parvo tempore in perniciosissimum evadit incendium. Haec cum cottidie experientia nobis ponat ob oculos, decebat plane nos cordatiores esse et cautiores, semperque cogitare, sine dilectione et tali tantaque qualem et quantam Paulus passim, praecipue autem 1. Kor. 13, descripsit, nihil sumus, hac sola legem implebimus, necesse igitur erit a Sathana in nostram perniciem excogitatum esse, quicquid per quemcunque acciderit, quod quovis modo ad id facere senserimus, ut in obeundis charitatis officiis vel remissiores, vel tepidiores evadamus,

1) Im Original wieder gestrichen.

eoque omni vi repellendum illud esse, non secus atque toxicum, quo aeterna vita, si recipiatur, in praesentissimum discrimen adducitur. Inde agnoscendum semel erat, quantum ad dogmata attinet, contentos nos esse oportere, cum datum fuerit convenire in primis, confiterique nos in communi vitam dei apertam comparatamque esse nobis per Servatorem nostrum Jesum Christum, ut quicumque Christi sunt ejus acti spiritu illam meditentur cottidie, hancque in his finiri, ut fiducia bonitatis in nos dei, securi de nobis, imo perpetuum gaudium gaudentes, toti in eo simus ut quamplurimos primum hujus vitae, sine qua nihil vere bonum percipi potest, participes reddamus, quoad id poterit nostrum esse. Deinde et alios quibusvis officiolis juvemus. Profecto enim Christi est, et aeterna vita donatus, cuicumque tantum agnoscere, sentire et ex animo quaerere datum fuerit, quicquid praeterea errorum, et vitiorum ei adhaereat. Plura sane si exegerimus, nihil aliud efficiemus, quam quod modo experimur, ut dissidorum ac inde gravissimorum offensaculorum sint plena omnia. Quod tamen par ex omnibus sanctis et doctis proferas, cui in omnibus dogmatis, scripturaeque locis enarrandis convenit? Sed de his satis ad te haec melius multo quam ego possim expensa habentem. Neque suspiceris quod de hisce rebus ad te scribam, eo quod tibi nonnihil metuum, ne non prudenter satis concordiam et amicitiam colas, etiam erga in hoc studio infirmiusculos. Scio enim te nihil prius, nihil aequae, sollicite operam dare jam annos aliquot; sed ut te quasi de eo consolarer, quod plerique tecum paria facere negligunt, et amica hac commentatione tuum tibi hoc studium magis amoenum redderem, libuit tam late grassans malum tecum deplorare. Fieri enim potest, ut tuum candorem¹⁾ tuumque concordiae studium a quibusdam bonis et suspiciendis fratribus forsitan non plane adhuc agnoscatur: possunt imprudentes et illic esse, qui quod extenuare debebant, exaggerent, inde, cum et tu homo sis, potest certe animus tuus nonnunquam aliquid turbari. Quod si etiam, quae tua sit constantia, non fiat, et tibi nihil non solum monitionis, sed ne consolationis quidem opus fuerit, satis tamen novi quod quanto es candore praeditus boni haec omnia consules et aliis, quibus opus illis est, eadem ut soles diligenter inculcabis: quo vel aliquantulum nos tandem ex dissensionum tumultibus saltem aliqui recipiamus. De psalmis nostris nimis magnifice sentis. Duo in illis spectabam prius, ut monerem mitiore ratione sacra esse tractanda, et non adeo delectari paradoxis, quum sanus possit esse receptorum sensus. Alterum, ut syncerius et certius omissis incertis adeo mysticationibus sacram scripturam

1) So für „tuus candor“.

interpraetaremur. Quo latius posset distrahi mutavi nomen. Id nunc tanquam inexpiabile scelus detestatur *Erasmus* in epistolis suis, quarum unam edidit, mutato tamen ejus nomine, ad quem illam scripsit. Is pius Christi exul est, *Gerardo Noviomago* nomen est, nunc *Erasmio Vulturio* ¹⁾ vocatus. Deus novit me nihil quaesisse hic, quam bonorum profectum, sed id non ea diligentia, qua oportebat. Distuleram enim opus eo usque ut urgentibus praelis praecipitanda omnia fuerint. Hinc fateor graviter me et in tanti libri majestatem, et in fratrum studia peccasse, sed boni tecum qualemcumque in illo conatum, boni consulent. De aliis non est ratio, ut magnopere simus solliciti, quum hi quoque tanto damnent atrocius, quanto fuerint meliora. Unum adhuc superest, cujus velim rationem scribas. Vestri tam in vita Christi perfecti, qui senatum habent tam concordem, quique severissime gloriam Christi vindicant, audent adeo pro loco contendere, ut potius nobiscum inire civitatem obmittant, quam ut post nostros sedere consentiant, quibus tamen in imperii comitiis longe posteriores sederunt. Non probo quod nostri vestris non cesserunt, quod tamen facturi indubie fuissent, si hinc pendere causam cognovissent. (nam non a nostris haec habeo) sed si etiam id cognovissent et priores concedere vestris contati fuissent, plures certe hujus causas quam vestri habuissent. Oro si possis, dum rursum apud vestros res haec agetur, ut declarent se abnegasse omnia, idem nos agemus apud nostros. Quam enim praestaret plane unam agnoscere civitatem, quae tamen revera una est. De *Gulielmo* illo anabaptista nihil scimus. Multi hic sunt, sed de hoc nihil certi habemus. Utinam dominus mihi donet semel vos invisere, cujus jam desyderium diu me distinet. Saluta quam officiosissime fratrem germanum tuum, *Zwiccium*, de quo eximia nobis omnes praedicant, ac alios omnes sodales, et cooperarios vestros. Quae vero de *Luthero* scripsi ne eo rapias, quod desponderim de eo animum, sed ne de *Philippo* quidem, a quo tamen plus metuo ecclesiis, filios dei esse credo, sed qui modo gravi teneantur tentatione. Nam quid gravius possit ulli mortalium accidere, quam sic oppugnari ecclesiae unionem. Mitto tibi elegantem *Erasmii* epistolam cui forsitan respondebitur.

Argentorati; postridie conversionis D. Pauli ²⁾.

Scio me male ³⁾ pingere literas, dederam ideo *Bedroto* ⁴⁾ nostro

1) Erasmus Augustino Mario (bischöflichem Vicar in Basel), 22. Mai 1530, Epp. Erasmi, ed. Lond. p. 1418. — Idem Pirkheimero, IV. cal. Sept. 1530, p. 1939. — Idem Goclenio, 4. December 1531, p. 1942. — Vgl. Baum S. 464 ff. 594 f.

2) Von hier an bis zum Schluss von Bucer's Hand.

3) Bucer's Handschrift gehört zu den unleserlichsten.

4) Jacob Bedrotus, Professor der griechischen Sprache in Strassburg, gestorben 1541 an der Pest zu derselben Zeit, wie Capito.

describendam Epistolam. Is putans me tibi autographum misurum, scripsit haec ut vides, paulo certo me melius, tamen meis puto fore legibiliora. Is impendio salutatur te. Fratri tuo nuper scripsit, tu efficias apud illum, ut ejus libertatem boni consulat. Indicavit enim mihi, se quaedam scripsisse de *Philippo* liberius. Dolet homini vere Christiano, quod ille tam fortiter ante in Comitibus Spirae et postea Marpurgi concordiae nobiscum restituendae obstitit. Imperiti hominis sententia est, nos armis ad officium compellendos. Dominus donet illi mentem meliorem. Iterum vale cum tuis omnibus.

M. Bucerus.

Nr. 3.

Bucerus Blaurero.

4. mart. 1530 ¹⁾.

Salve frater observande. Verum de tuis scripsisti, attamen velim etiam *Basilienses* non esse obstaculo quo minus ex professo omnes id essemus quod tamen esse coram Domino nos credo. Sed quod tu scribis simul certum habeo, tuos nihilominus nihil eorum neglecturos quae gloriae Christi agnoverunt inservitura. Indicta comitia nosti et polliceri *Caesarem* auditurum se omnes operamque daturum, ut quidquid hactenus perperam vel doctum vel factum sit corrigatur et quique errorem suum jam agnitum Christo concedant; interim tamen nemini securitatem dare, ut tuto adveniat, suaeque fidei rationem reddat. Hinc cordatiores colligunt, pridem definitum quibus simus rationibus tractandi, et obtinendum ut decretis concilii Constantiensis stetur. Putant quidam Principes nos non vocandos, quod si est mirabor si vos vocemini, qui ante nos scelus illud inexpiable societatis Helveticae admisistis. Nos his diebus adjecimus, ne non satis invisus simus: demolitionem ararum et statuarum ²⁾. *Erasmum*, dum Caesar fuerit, hostem feremus. Institui quidem illi respondere, sed ita obruo negotiis et distinet me recusio Enarrationum mearum in Evangelistas, quibus nonnulla certis in locis infuleio quae spes est fratribus rudioribus profutura, ut nesciam an liceat absolvere. Si hoc dabitur, talem volente ³⁾

1) Aufschrift: „Integerrimo viro Ambrosio Blaurero pastori Constantiensi fratri amico.“ Von Blaurer's Hand: „Redditae per Michaelen. 9. Martii. respond. XI martii per eundem nuncium.“

2) Durch Ratsbeschluss vom 14. Februar 1530.

3) „Deo“ fehlt im Ms.

dabo Apologiam ¹⁾, qualem nostri ordinis homines non multas dederunt, ita continebo unguis. Quo enim magis plus quam angustam negotii quod gerimus majestatem suspicio, eo plus piget, quod hactenus tantum nostrorum affectuum admiscuimus, bonumque nostrum, nostra ipsorum incontinentia, hominum maledicentiae exposuimus. Psalterii editio non minus placeret, si non per viri proditionem fratribus eriperetur ejus lectio. Pulchre enim successit apud multos jam impostura ²⁾ ut equidem puto non impia. Gaudeo meam infelicem picturam, tandem factam legibilem, minus ergo anxie deinceps scribam. *Bedrotus* serio triumphavit ubi legit quae sub finem fratris nomine scripsisti. Narraverat mihi quae scripsisset, et reprehenderam hominem, nam utcumque *Philippus* hodie paulo minus quam *Erasmus* recto Evangelii cursui adversetur *Caesarisque* gratiam, non tamen ut ille, sua, sed publicae pacis gratia ³⁾ suspiciat magnique faciat, cumque impederit unus fere, quae facile omnem hostium Christi ferociam intra sua continuissent pomperia, organum tamen Dei praeclarum est. In quo sic velim Dei dona nobis admirationi esse, ut etiamsi nihil interim quod hominis sit amplectamur, vas tamen tantae dignationis eximie charum habeamus, ac inde, quae natura dilectionis est, omnia in meliorem partem non minore argutia et studio interpretemur, quam solent hostes cuncta rapere in malam. Sed gratia Domino, qui interim *Thomae* nostro dedit, nequid hujus zelo, non ad veram Christi scientiam formato, offensus sit. Vere, vere si volumus nos praestare, qui audimus, filios dei syncerosque Christianos labi et falli quoque in bonam partem, ex dilectione oportet, tantum ne quid hominum gratia tentemus adversus deum. Et sunt etiam saepe minime mala, si ab animo aestimentur, quae in speciem videntur pessima. Admonitionem meam sciebam vos non posse mali consulere, quare liberius quoque illam scripsi. Non autem turbet si vestro candori alii parum respondeant; quibus plus datum, hos decet, ut plus quoque praestent. Beatius est in omni genere, dare,

1) S. Baum S. 464. 594.

2) Die Veröffentlichung seines Psalmcommentars unter dem Namen Aretius Felinus; s. Baum S. 464.

3) Vgl. Bucer an Bedrotus, Augsburg 17. Juli 1530: „Consulti sunt hac nocte Lutherani Principes, sed noluerunt consulere. Nihil est hodie nobis infestius Lutheranis, sperantque adhuc, cum omnia diversum clamant, nostro excidio sibi posse consuli. Audio, hac nocte Philippum scripsisse cuidam non posse pacem restitui Germaniae, nisi nobis interneconi datis. O Evangelistas ejus qui venit quaerere et salvum facere quod perierat. Sed gratia Christo qui nobis dedit hactenus sinceriter in negotio suo versari pro ejus nomine millies praestat mori quam vel Jod unum cedere ex doctrina ejus mundo.“ (Collect. Simler.; Thesaurus Baumianus.)

quam accipere. Sic divinitus comparatum est, ut nihil omnino sit, ejus nos usus juvet, in quo non etiam aliquid offendat. Quod ergo in esculentis facimus, rejicientes non gravatim multa, ut iis quae nobis conveniunt, fruamur, faciendum erat idem et in fratribus. Id quod Deus vobis hactenus curare prae aliis dedit. Fratri et *Zwickio*, animo meo vere magno me commendes. Hieronymo ejus quod potui praestiti, habet apud quem artem quam voluit, discat, sed conditionibus quas ipse scripsit. Tribus annis obnoxius erit magistro et pro eo, quod datur illi vinum, atque tempusculi aliquid ad literas, aurei magistro numerandi erunt XVI. Tribui ejus artis persolvere oportebit aureos duos minus 6 crucigeris, praeterea aureus dimidius. Non potuimus minoris, quae volebamus obtinere. Habet autem commodum et artis suae doctum magistrum. Balthasarem quem commendasti, pro virili curabo si modo ad me veniat; superiori anno commendaveras quendam, qui vix post dimidium annum me appellavit. Bene vale. Timeo ne nuncius abeat. Argent. 4. Martii resalutat te *Capito* et alii, inprimis vero *Sturmius*.

T. Bucerus.

3.

Ueber die deutsche Urschrift der Augustana.

Von Prof. **Th. Kolde** in Marburg.

Die Frage nach der Geschichte der dem Kaiser übergebenen Original Exemplare der Augsburger Confession hat die Gelehrten vielfach beschäftigt und eine ganze Literatur hervorgeufen, ohne dass wir doch etwas Sicheres über ihren endlichen Verbleib erfahren hätten. Wie bekannt, darf nur so viel als sicher gelten, dass beide dem Kaiser bezw. dem Kanzler des Reichs überlieferten Exemplare sehr früh abhanden gekommen sind ¹⁾ und dass alle vermeintlichen Collationen mit dem Original des deutschen Textes auf Täuschung beruhen. Bei allen darauf bezüglichen Untersuchungen hat man, so weit ich sehe, niemals die Frage aufgeworfen, was denn aus dem Concept Melanchthons, das Luther in den Händen gehabt, geworden, wenn man nicht an eine Bemerkung bei Brück ²⁾ anknüpfend annahm, dass das dem Kaiser übergebene Exemplar, weil keine Zeit zur Mundirung

¹⁾ Vgl. Waltz, *Histor. Zeitschr.* N. F. VI, 1879, 564 ff.

²⁾ Förstemann, *Archiv für Reformationsgesch.* I, S. 50. 53.